



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Honorati Fabri, Societatis Jesu Theologi,
Apologeticus Doctrinæ Moralis Eiusdem Societatis**

Fabri, Honoré

Coloniæ Agrippinæ, MDCLXXII

De die festo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94565)

Attentione externa, & item de peccato Veniali, quæ tamen, Baroni, alto præteritis silentio, & non vides, libere non permitti, id quod sub peccato quamvis veniali, prohibetur) quorum aliqui sunt de tui præstantissimi Ordinis Familia, cur in unum Tamburinum, tamquam in unicum tuum ferendi scopum collimas? Miserum me, cujus Præceptor, quia extollitur à Theophilo æmulo, ut putas, tuo, in tam gravem incidit invidiam! Si Theophilus aliquid contra vestrum Ordinem deliquerit, ad me decernere, nequaquam pertinet. Pertinet vero toti Vestro Sanctissimo Ordini enarrare id, quod vestri venerabiles Patres, qui Caltanissettam Sicilia Civitatem, Patriam tui Præceptoris, & meam, paucis ante annis, incoluerunt, satis norunt; quanto scilicet animi affectu Tamburini Parens, ejusque Familia in Patres Dominicanos ferebatur. Ea, nomine Agatha Tamburini, nobilis Matrona, neptis Baronis Niscima, relicta Vidua, pene juvenis, habitum Sororum S. Dominici assumpsit, eodemque humili, sed ipsi gratissimo vestimento induta, ejusdem Ecclesiam per annos fere triginta Patrum vestrorum familiaritate semper usa est, ac tandem in eodem habitu sanctè obijt. Quid ergo adversus eius filium, quem Thomam nominari in obsequium S. Thomæ Aquinatis etiam Mater voluit, tam severe agis, Baroni? id ne gratus tuus animus permittit? At dices. Hæc ignorabam. Respondeo. Ideo nullus tibi ignotus erat vulnerandus, ne incideres, ut imprudenter incidi tibi in illud S. Augusti. in Ps. 54. Et plerumque cum tibi videris odissimum, fratrem odisti, & nescis.

CAPUT VI.

De Die Festo.

1. BARON. V. **A** Quo (sacro audiendo) eximit eos (Tamburinus) qui avidius luctu inhiant, quod illis periret, si ad Missam accederent.

Videamus nunc in Germana doctrina Authoris, quantum claudicat hæc Impugnatio, ut vel puero perspicuum esse possit.

2. TAMB. num. 5. Tercio excusat à Missa (ait lib. 4. in Dec. cap. 2. §. 2. num. 5.) omne justum, ac probabile periculum notabilis mali, vel amissionis boni, sive timeatur damnum in vita, sive in honore, sive in bonis.

3. Et paulo post. Quod mihi contigit in Collegio Montis Regalis, cum eius Præfecturam gererem, ut Lectorem à sermone tantisper avertam, breviter enarrabo. Emerat Collegii Procurator, ut stabulo provideret ex area cujusdam coloni non paucas palearum mensuras. Interim ergo, dum paratur mulio ad eas transportandas, incidit dies festus; quare à me Procurator exquisivit, an rusticus ille noster, quem ad paleas custodiendas addiderat, obligandus esset ad Missam audiendam. Ego, sive Religione Sacri tactus, sive damni securus, dixi, custodi indicere, ut Sacro interesset. Addidi, tantum præceptum mihi videri non esse transgrediendum propter eas paleas, quamvis non exigui pretii, quæ difficulter, immo vix suto erant obnoxia, præsertim intra tam modicum tempus unus, vel alterius horule, quod in itinere, Missæque consumendum erat. Ita igitur factum est. Verum quid inde est consequutum? Eo temporis momento, quo longe ab suto, ignis repente, nescio à quo loco vici-

no casu accensus, in aridas paleas incidit, totamque ita, ut cineres per arcam suffulos, non tam paleas, quam custodiam post Missam famulus, qui statim me vocavit, de infortunio docuit, falsoque iussu me monuit, ne missam difficeret, sed vero prudentes in similibus se exhibent confessarii.

4. Consideret hic Lector, an Tamburinus, qui tam religiosè iussit, faculum Missam non committere, sic censendum (ut blaterat tam immerito Baco tam vulgum Religiosis, virtutumque exercitum committere tollere, & Orationis necessitatem ferè negare. Epist. autem num. 7. & seq. Sic pergit.

TAMB. num. 7. Sed redeo ad difficultatem posteriori in titulo indicatam, an Missa omitti possit propter lucrum, quod mihi cessaret, si Missam audire Communis hac mihi videtur questio cum ea, an in eadem die festo propter lucrum notabile, possit quis operam suam vacare? Et ut affirmative de ea respondendum sit, c. §. 2. num. 8. sic & affirmative propter eandem rationem hac erit sentiendum. Rationem utriusque doctrinæ vobis proferemus.

6. Quoniam vero Author se hic remittit ad ea, quæ infra dicturus est, canos, ne discedamus à mysteria, hic tantisper sistamus, atque illa de pectore proferamus, ut, quam solida sit eius doctrina pernotetur.

TAMB. num. 8. An scitis damni gravi timor (ait lib. 4. in Dec. cap. 3. §. 2. n. 8.) nobis concessit opera servilia, si etiam concedat spes lucri notabilis. An scilicet, si amittam vindemiam, possum die festo eam facere, si etiam possum vacare labori, quo notabile mihi lucrum comparatur. De extraordinario lucro sermonem facimus, nam licet, quilibet artificis pro diurna mercede integrum esse laborum, quod ex hoc præcepto capere ei nequaquam conceditur, c. de Respondeo, quamvis Suarez loc. cit. c. 33. à num. 8. & de stropaleus tom. d. univ. de fest. observ. p. 1. c. 1. tum inclinent in sententiam negativam, tamen affirmativam sententiam esse probabilem. Ratio est, quia ut notatur Diana p. 2. tr. 15. miscell. Res. 34. fine. & Sanchez in cons. lib. 5. c. 2. dub. 19. notabile lucrum amittere, gravi damnum est. Adde, non esse existimandum, piam materiam in ecclesiam velle obligare Fideles ad rem oppida difficultatibus, qualis est ob abstinentiam servitium amittere centum, vel centos, mille, plures aureos, quod certe consequenterandum esset, si semel probabilitatem nostræ sententiæ longè veris.

Favet denique Pontifex, qui cap. licet de Feriis consuevit Halecum piscationem die festo (exceptis festis festivitatis, non sub mortali, ut monet Sanchez in cons. l. 5. d. 20. n. 1. quæ certo anni tempore nostra maria excoquant. Favorem DD. Cajet. Navarr. Sotus, alique apud Sanchez l. c. d. 20. num. 5. qui ex paritate cum dictis Halecum piscationibus Tynorum eodem festo, ne magnum lucrum amitterent concedunt. Scio, hanc concessionem ad aliquos tractus necessitatem, seu utilitatem publicam, necesse fore, ut illi hanc deficiant, & ab aliis ad dispensationem, nam propter hanc dispensationem Pontifex imponit piscatoribus, ut deus aliquam elemosinam pauperibus, vel Ecclesie viciniori. Verum ad potestatem lucri necessitatem ab aliis probabiliter illam relaxari nullam ex præcepto, sed solum ex consuetudine esse debentem, etiam scio.

7. Notasti verba illa (Lucri notabile. De extraordinario lucro sermonem facimus, Notabile lucrum amittit

re damnum grave est. Centum, ducentos, mille aureos, vel plures amittere; Ne magnum lucrum amittatur.) & nihilominus Baronius audeat reprehendere Tamburinum, quali exemerit eos, qui avidius lucro inbiant, quæ certe verba ostendunt, quodlibet lucrum sufficere, cum avidius lucro inbiantes, vel paucos lucrari argenteos, affectent. Verum Baronius dum invidiam eventat adversus hominem innocentem, ejusmodi penitenciones nil moratur.

CAPVT VII.

Repetitio aliquorum ex dictis.

1. BARON. VI. Quid putas alia præcepta curaturum, qui parum pensi habet omnium maximum Charitatis in Deum, Orationis, & Cultus Divini?

2. Hæc, ut in superioribus vidisti manifeste, ludibria falsa veri soporis sunt, ex illis videlicet, quæ à porta fugiunt ebrietas: quæ tamen, quia, vera sunt iurgia contra Tamburinum intorta, patienter ab ipso ferri, ut eius vitæ probitas expolit; pro certo habeto.

CAPVT VIII.

De Jejunio.

1. BARON. VII. A Jejunii lege eximit omnes artifices, & fere conjugatos.

Parcius isthæc, Baron. Omnes artifices? conjugatos fere omnes? Certe nimis audeat loqueris. At, ne ita loquaris, lege, quoad Artifices, unum verbum, quod addit Tamburinus, & tuam exaggeratam hyperbolem agnoscens, te ipsum pudebit posterum dicere (omnes) D. Hieronymus in Dialogo contra Luciferianos: Hanc igitur hastam (inquit) quam totis viribus misisti, de qua nobis minitaris, uno, (vo ajunt,) digitulo repellam. Simili quoque dicendi colore efferam ego. Hanc hastam, quam misisti, &c. uno dumtaxat verbulo repellam. Et quod tandem illud est? En. (Laborantes) legamus Authoris doctrinam de Artificibus; nam mox de conjugibus.

2. TAMB. num. 18. Officium, seu Ars (ait lib. 4. in Dec. c. 5 §. 7. n. 18. quam quis exercet, si sit ex se laboriosa, hominem per se liberat à jejunio, ita DD. citati, & passim. Et ita quidem, ut etiam si in illo exercitio quis inveniat posse tolerare jejunium, adhuc ad illud non astringatur. Ex declar. Eugenii IV. anno 1440. in Compen. Privileg. Fratrum Minor. ver. Jejunium, num. 2. apud Fag. p. 1. Eccl. 4. lib. 1. cap. 8. num. 15. quia semper aspicitur à lege id, quod est communiter, & per se. Quare posito quod lex universaliter omnes artem laboriosam exercentes excluderet, non erit hic includendus. Adde rationem, quia laboriosis artibus vacantes, frequenti indigent refectioe, ne in debilitatem, quando minus putant, labantur: Hinc Arator, etiam robustus, patientissimusque inedia contra Reg. lib. 4. cap. 16. num. 216. immo etiam dirisimus ex declar. cit. non tenetur ad jejunium, quia per se omnes Aratores excusantur: Et, ex alia parte, Ecclesia non intendit privare Fi-

deles suo officio, modoque vivendi. Præterea, quamvis exercitia ex se non laboriosa obligationi jejunandi subiaceant: tamen si quis ita sit debilis ut suum officium alius leve, ipsi sit laboriosum, à jejunio, per accidens, hoc est, ratione sue complexionis, excusabitur. Ita Thom. Sanchez, in Conf. lib. 5. cap. 1. dub. 6. num. 8. Reg. lo. ci. num. 219. quia Mater Ecclesia cum tanto dispendio obligare Fideles non intendit. Hinc Scriptores, V. G. obligantur ad jejunandum, quia scribendi officium levis est laboris; & forte modice jejunans, melius scribet, ac facilius, quam cibo refectus; tamen si cût Notario ita laboriosa succedat scriptio, ut sine duplici refectioe suum munus obire nequeat, certe excusabitur per accidens, ratione sue complexionis.

3. Hæc Doctrina ante oculos in tota hac materia per diligenter habenda est. Fit enim frequenter, ut in aliquo Doctore invenias, excusari quempiam à jejunio, sed per accidens, tu vero credas excusari per se, regulamque ad omnes alios minus legitime deducas. Nudius tertius fuit, qui referret, quemdam Theologum non vulgaris litteraturæ excusasse à jejunio hominem, equo iter agentem; addebatque Theologus (ut idem referebat) rationem, quia successans equus ita male hominem tractabat per integros dies, ut satis laboriosum fuisset illud iter equestre. Quibus verbis clare excusatio per accidens fuit, non per se; ille tamen, qui solutionem narrabat, acriter contendebat, Theologum in ea esse sententia, ut iter equo agentes, excusandi sint à jejunio. Cumq; ego inculcarem, ejusmodi excusationem nequaquam esse universalem, sed tali peculiari persone additam fuisse, nunquam constans vir, veritati manus dedit. Deus immortalis! quantum refert non apices rerum aspicere; Sed interiora earum viscera penetrare?

4. Si quæras, quam sunt officia ex se laboriosa. Dico ea esse quæ exercentur cum magna agitatione membrorum corporis, tunc enim multi spiritus consumuntur, unde & ciborum auxilio opus est, & inedia, quæ magis corpus exedit, non est addenda.

Porrò plura sunt exercitia clare laboriosa, plura denique, de quibus qualia sint, dubitatur, suo igitur ordine breviter singula delibemus, &c. Hæc omnia Tamburinus.

5. Quid hic mea notatione sit opus? cæcus intuebitur, quæ enormitate falsum sit, à Tamburino omnes artifices à jejunio liberari, sed veniamus ad Conjuges, & videamus, an fallacia alia aliam trudit.

Declaratur illud (de Conjugatis.)

6. TAMB. num. 37. Conjug non raro, (inquit ibid. num. 37.) excusatione ducta ab ipsa conditione conjugii, liberatur à jejunio.

Liberatur autem primò in eo casu, quo non possit alteri reddere debitum, si jejunet. Ita D. Thom. Sanch. lib. 9. de matr. d. 3. num. 10. Less. l. 5. cap. 2. num. 44. Jo. Sanch. d. 54. num. 25. & alii. Ratio est, quia jus Iustitiæ prævalet præcepto Ecclesiæ, nolentis cum tanto rigore jejunium. Ita Ledesma p. 2. quæst. 4. art. 2. ver. Ex prædictis colligitur, quia faceret contra jus alterius, dum ad reddendum illi debitum, se notabiliter impotentem redderet. Tunc autem hic casus locum habet, quando conjug notabilem debilitatem contraheret ex eo, quod cum jejunio debitum redderet. Debitum, inquam moderate ab altero peritum, quæ moderatio attendenda est. Spectata qualitate conjugum; juvenes enim, fortioresque sæpius, senes, imbecillioresque rariorum matrimonio uti convenit. Cum ergo quis non reneatur reddere, nisi juxta qualitatem suæ complexionis, ad quod solum, & non ad amplius virtualiter consensit conjug. cum matrimonium contraxit; ideo solum tunc debitum conjugale conjugem à jejunio